



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio LXXXV. De effectibus peccati quantum ad corruptionem boni  
naturæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

ex ignorantia, uel cum aliquis ex aliqua bona intentione committit aliquod peccatum, puta, cum aliquis furatur ut det elemosynam. ergo insufficienter capit uicia enumerantur.

SED IN CONTRARIUM est autoritas Greg. sic enumerantis. 31. Moralium. \*

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, \* uicia capitalia dicuntur, ex quibus alia oriuntur, precipue secundum rationem causae finalis. Huiusmodi autem origo potest attendi dupliciter. Vno quidem modo secundum conditionem peccantis, qui sic dispositus est, ut maxime afficiat ad unum finem, ex quo ut plurimum in alia peccata procedat: sed iste modus originis sub arte cadere non potest, eo quod infinita sunt particulares hominum dispositiones. Alio modo secundum naturalem habitudinem ipsorum finium ad inuicem, & secundum hoc in pluribus unum uicium ex alio oritur, unde iste modus originis sub arte cadere potest. Secundum hoc ergo illa uicia capitalia dicuntur, quorum fines habent quasdam primarias rationes mouendi appetitum, & secundum harum rationum distinctionem distinguuntur capitalia uicia. Mouet autem aliquid appetitum dupliciter. Vno modo directe, & per se, & hoc modo bonum mouet appetitum ad prosequendum, malum autem secundum eandem rationem ad fugiendum. Alio modo indirecte, & quasi per aliud, sicut aliquis aliquod malum prosequitur propter aliquod bonum adiunctum, uel aliquod bonum fugit propter aliquod malum adiunctum. Bonum autem hominis est triplex. Est enim primo quoddam bonum animae, quod scilicet ex sola apprehensione rationem appetibilitatis habet, sicut excellentia laudis uel honoris, & hoc bonum inordinate prosequitur inanis gloria. Aliud est bonum corporis, & hoc uel pertinet ad conseruationem in diuidui, sicut cibus & potus, & hoc bonum inordinate prosequitur gula, aut ad conseruationem speciei, sicut coitus, & ad hoc ordinatur luxuria. Tertium bonum est exterius, scilicet diuitiae, & ad hoc ordinatur auaritia. Et eadem quatuor uicia inordinata fugiunt quatuor mala contraria. Vel aliter, Bonum precipue mouet appetitum ex hoc, quod participat aliquid de proprietate felicitatis, quam naturaliter omnes appetunt, de cuius ratione est primo quaedam perfectio. Nam felicitas est perfectum bonum, ad quod pertinet excellentia, uel claritas, quam appetit superbia, uel inanis gloria. Secundum de ratione eius est sufficientia, quam appetit auaritia in diuitiis eam promittentibus. Tertio, est de conditione eius delectatio, sine qua felicitas esse non potest, ut dicitur in 1. & 10. Ethico. \* & hanc appetunt gula & luxuria. Quod autem aliquis bonum fugiat propter aliquod malum coniunctum, hoc contingit dupliciter, quia aut hoc respectu boni proprii, & sic est accidia, quae tristatur de bono spirituali propter laborem corporalem adiunctum, aut est de bono alieno, & hoc si sit sine inurrectione, pertinet ad inuidiam, quae tristatur de bono alieno, in quantum est impeditiuum propriae excellentiae, aut est cum quadam inurrectione ad uindictam, & sic est ira, Et ad eadem uicia pertinet profectio mali oppositi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non est eadem ratio originis in uirtutibus & uitiis. Nam uirtutes causantur per ordinem appetitus ad rationem, uel est ad bonum incommutabile, quod est Deus; uicia autem oriuntur ex appetitu boni commutabilis. unde non oportet quod principalia uicia opponantur principalibus uirtutibus.

A AD SECUNDVM dicendum, quod timor & spes sunt passiones irascibiles: omnes autem passiones irascibiles oriuntur ex passionibus concupiscibilibus, quae et omnes ordinantur quodammodo ad delectationem, & tristitiam. & ideo delectatio, & tristitia principaliter connumerantur in peccatis capitalibus tanquam principalissimae passiones, ut supra habitum est. \*

AD TERTIVM dicendum, quod ira licet non sit principalis passio, quia tamen habet specialem rationem appetitiui motus, prout aliquis impugnat bonum alterius sub ratione honesti. i. iusti uindicatiui, ideo distinguitur ab aliis capitalibus uitiis.

B AD QVARTVM dicendum, quod superbia dicitur esse initium omnis peccati secundum rationem finis, ut dictum est: \* & secundum eandem rationem accipitur principalitas uitiolorum capitalium. & ideo superbia non quasi uniuersale uicium connumeratur aliis, sed magis ponitur uelut regina quaedam omnium uitiolorum, sicut Greg. \* dicit. auaritia autem dicitur radix secundum aliam rationem, sicut supra dictum est. \*

C AD QVINTVM dicendum, quod ista uicia dicuntur capitalia, quia ex eis ut frequentius alia oriuntur: unde nihil prohibet aliqua peccata interdum ex aliis causis oriri. Potest tamen dici, quod omnia peccata quae ex ignorantia proueniunt, possunt reduci ad accidia, ad quam pertinet negligentia, qua aliquis recusat bona spiritualia acquirere propter laborem. Ignorantia. n. quod potest esse causa peccati, ex negligentia prouenit, ut supra dictum est. \* Quod autem aliquis committat aliquod peccatum ex bona intentione, uidetur ad ignorantiam pertinere, in quantum scilicet ignorat, quod non sunt facienda mala, ut ueniant bona.

QVAESTIO LXXXV.

De effectibus peccati, in sex articulos diuisa.

Super quest. octuagesima magna arsculo primum.

DEINDE considerandum est de effectibus peccati. Et primo quidem de corruptione boni naturae. Secundo de malitia animae. Tertio, de reatu poenae.

CIRCA primum, quaeruntur sex.

¶ Primo, Vtrum bonum naturae diminuatur per peccatum.

¶ Secundo, Vtrum totaliter tolli possit.

¶ Tertio, De quatuor uulneribus, quae Beda ponit, quibus natura humana uulnerata est pro peccato.

¶ Quarto, Vtrum priuatio modi, spiritus, & ordinis sint effectus peccati.

¶ Quinto, Vtrum mors, & alii defectus corporales, sint effectus peccati.

¶ Sexto, Vtrum sint aliquomodo homini naturales.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum peccatum diminuat bonum naturae.

AD PRIMVM sic proceditur. Vtrum, quod peccatum non diminuat bonum naturae. Peccatum enim hominis non est grauius quam peccatum demonis: sed bona naturalia in demonibus manent integra post peccatum, ut Dionysius dicit 4. c. de diuini nominis. ergo peccatum

IN primo articulo questio. 85. nota glossam autoritatis Dion. quomodo naturalia maneant integra, in responsione ad 1. & intueri responsionem ad tertium, declaratam in responsione ad quartum, ut radices philosophiae perspicias, & alius contempleris, unde in anima generantur habitus. Et potes intelligere, quod dicitur in responsione ad tertium, quod actio uoluntaria procedit ex diuersis potentiis: uel potentias animae, quia actio uoluntatis procedit ab intellectu, & uoluntate, & intellectu procedit ab intellectu agente, & possibili: uel potentias quae cumque sint ille, puta obiecti actiua, & subiecti passiuu. uterque enim sensus in calce responsionis ad quartum ponitur, dum dicitur, secundum quod obiectum agit in potentiam, & una potentia in aliam.

q. 25. ar. 4.

Ar. 2. huius questionis.

Lib. 3. Mor. cap. 31.

Art. 1. huius questionis.

q. 76. ar. 2.

q. 48. ar. 4. & 2. dif. 3. q. 4. ar. 1. ad 5. & dif. 30. q. 1. ar. 1. ad 2. & 3. dif. 12. ar. 1. q. 1. ad 2. & 3. contra. e. 12. & mal. q. 2. ar. 11. cap. 4. par. 46. par. 2. in 6.

Super

catum etiam bonum naturę humane non diminit. ¶ 2 Prę. Transmutato posteriori non transmutatur prius: manet enim substantia eadem transmutatis accidentibus; sed natura pręexistit actioni uoluntarię. ergo facta deordinatione circa actionem uoluntariã per peccatum. non transmutatur propter hoc natura, ita quod bonum naturę diminuat.

¶ 3 Prę. Peccatum est actus quidam, diminutio autem est passio: nullum autem agens ex hoc ipso quod agit, patitur. potest autem contingere, quod in unum agat, & ab alio patiatur. ergo ille qui peccat, per peccatum non diminit bonum suę naturę.

¶ 4 Prę. Nullum accidens agit in suum subiectum, quia quod patitur, est potentia ens: quod autem subicitur accidenti, iam est actu ens secundum accidens illud: sed peccatum est in bono naturę, sicut accidens in subiecto. ergo peccatum non diminit bonum naturę; diminuere enim quoddam agere est.

SED CONTRA est quod sicut dicitur Luc. 10. Homo descendens a Hierusalem in Ierico, id est, in defectum peccati, expoliatur gratis, & uulneratur in naturalibus, ut Beda exponit. \* ergo peccatum diminit bonum naturę.

RESPON. Dicendum, quod bonum naturę humane potest tripliciter dici. Primo ipsa principia naturę, ex quibus ipsa natura constituitur, & proprietates ex his causate, sicut potentie anime, & alia huiusmodi. Secundo, quia homo a natura habet inclinationem ad uirtutem, ut supra habitum est, \* ipsa inclinatio ad uirtutem est quoddam bonum naturę. Tertio modo, potest dici bonum naturę donum originalis iustitię, quod fuit in primo homine collatum toti humane naturę. Primum igitur bonum naturę nec tollitur, nec diminitur per peccatum. Tertium uero bonum naturę totaliter est ablatum per peccatum primi parentis. Sed medium bonum naturę scilicet ipsa naturalis inclinatio ad uirtutem, diminitur per peccatum. Per actus enim humanos fit quedam inclinatio ad similes actus, ut supra habitum est. Oportet autem quod ex hoc, quod aliquid inclinatur ad unum contrarium, diminiatur inclinatio eius ad aliud. unde cum peccatum sit contrarium uirtuti, ex hoc ipso quod homo peccat, diminiatur bonum naturę, quod est inclinatio ad uirtutem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Dionys. loquitur de bono primo naturę, quod est esse, uiuere, & intelligere, ut patet eius uerba intuenti.

AD SECUNDUM Dicendum, quod natura etsi sit prior quam uoluntaria actio, tamen habet inclinationem ad quandam uoluntariam actionem. unde ipsa natura secundum se non uariatur propter uariationem uoluntarię actionis: sed ipsa inclinatio uariatur ex illa parte, quę ordinatur ad Deum.

AD TERTIUM Dicendum, quod actio uoluntaria procedit ex diuersis potentiis, quarum una est actiua & alia passiuā, & ex hoc contingit, quod per actiones uoluntarias causatur aliquid, uel aufertur ab homine sic agente: ut supra dictum est, \* cum de generatione habituum ageretur.

AD QUARTUM Dicendum, quod accidens non agit effectiue in subiectum; agit tamen formaliter in ipsum eo modo loquendi, quo dicitur, quod albedo facit album, & sic nihil prohibet, quod peccatum diminiuat bonum naturę, eo tamē modo, quo est ipsa diminutio boni naturę, in quantum pertinet ad inordinationem actus. Sed quantum ad inordinationem agentis, oportet dicere, quod talis inordinatio causatur per hoc, quod in actibus anime aliquid est actiuum & aliquid passiuum, sicut sensibile mouet appetitum

Fensitiuum, & appetitus sensitiuus inclinatur ad bonum & uoluntatem, ut supra dictum est. \* & ex hoc factatur inordinatio non quidem ita, quod accidat in proprium subiectum, sed secundum quod subiectum agit in potentiam, & una potentia agit in & deordinat ipsam.

ARTICVLVS II.

Vtrum totum bonum humane nature possit auferri per peccatum.

AD SECUNDUM sic proceditur. ¶ Vbi, quod totum bonum humane nature possit per peccatum auferri: Bonum enim nature humane finitum est, cum & ipsa natura humana sit finita; sed quodlibet finitum totaliter consumitur facta continua ablatione. cū ergo bonum nature continue per peccatum diminiui possit, uidetur quod possit quandoque totaliter consumi.

¶ 2 Prę. Eorum quę sunt unius nature, similis est ratio de toto, & de partibus, sicut patet in aere, & in aqua, & carne, & omnibus corporibus similibus partium: sed bonum nature est totaliter uniforme. cū igitur pars eius possit auferri per peccatum, totum etiam per peccatum auferri posse uidetur.

¶ 3 Prę. Bonum nature, quod per peccatum minuitur, est habitus ad uirtutem; sed in quibusdam per peccatum habitus prædicta totaliter tollitur, ut patet in damnatis, qui reparari ad uirtutem non possunt, sicut nec cecus ad uisum. ergo peccatum potest totaliter tollere bonum nature.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in Ench. \* quod malum nõ est nisi in bono; sed malum culpę nõ potest esse in bono uirtutis, uel gratiæ, quia est ei contrarium. ergo oportet quod sit in bono nature. non ergo totaliter tollit ipsum.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est. Bonum nature, quod per peccatum diminiuitur, est naturalis inclinatio ad uirtutem, quę quidem conuenit homini ex ipso quod rationalis est. ex hoc enim habet quod secundum rationem operetur, quod est agere secundum uirtutem. Per peccatum autem non potest totaliter ab homine tolli, quod sit rationalis, quia iam non esset capax peccati, unde non est possibile, quod prædictum nature bonum totaliter tollatur. Cum autem inueniatur huiusmodi bonum continue diminiui per peccatum, quidam ad huius manifestationem usi sunt quodam exemplo, in quo inuenitur aliquid finitum in infini-

Heberur in p. ordi. sup. in loco cum Luc. 10.

q. 63. ar. 1.

q. 51. ar. 2. & 3.

q. 54. ar. 2.

Super... In... gumento... dit. secundum... feruntur ad... dum, q. m... hatu naturę... author conce... ipse Scotus... tractans uolunt... cau, concedit... tatem ad retr... minui per pecc... Solius Duran... 34. dist. secun... ciones occur... recte impugna... dit. secundum... doctrinam, qu... nihil non ita... subiecto in... bilitas subieci... nec minuitur... cedens dupli... claratur. Pr... quia augere p... tensionem ad... in eo. Secun... postum, quo... natio ad bonu... est duplex, r... que est i prim... cipis, & hui... litur, nec min... propinquat... habitibus. &... tur & auger... nitur intentio... remissione. ¶ Ad hoc... dicitur, quod... luit esse ce... se nante uir... Atinuit habit... parte subieci... parte termin... xit, quod ex p... iecti non min... sed ex parte... obiectiõne... sius sunt ex... subieci. Et... nim parte... quod non est... sed attingen... terminum... minui ex app... ne impedimen... extra, & sup... remotione... dem. Et ad... me delectat... plum de... & de oblati... fitis. Et hoc... bilitas air... nitum: &... fa synodica... litur, nec...

tum diminui, tñ nunquam totaliter consumi. Dicit enim Phil. in i. Phis. \* qd si ab aliqua magnitudine finita, continue auferatur aliquid fm eandē quantitatem totaliter tandem consumetur, puta, si à quacunq; quantitate finita semper subtraxero mensuram palmi. Si vero fiat subtractio fm eandem proportionem, & non fm eandem quantitatem, poterit in infinitum subtrahi, puta, si quātitas diuidatur in duas partes, & à dimidio subtrahatur dimidium, ita poterit in infinitum procedi, ita tñ qd semper quod posterius subtrahit, erit min⁹ eo qd prius subtrahatur. Sed hoc in proposito nō habet locum. non enim sequens peccatum minus diminuit bonum naturæ q̄ precedens, sed forte magis, si sit grauius. Et ideo aliter est dicendum, qd p̄dicta in clinatio intelligitur ut media inter duobus: fundatur enim sicut in radice in natura rōnali, & tendit in bonum virtutis, sicut in terminum & finē. Dupliciter igitur pōt intelligi eius diminutio. Vno modo ex parte radicis: alio modo ex parte termini. Primo quidem modo non diminuitur per peccatum, eo qd peccatum non diminuit ipsam naturam, ut supra dictum est: \* sed diminuitur secundo modo, in quantum, scilicet ponitur impedimentum pertingendi ad terminum. Si autem primo modo diminueretur, oporteret qd qñq; totaliter consummeretur natura rōnali totaliter consumpta: sed qd diminuitur ex parte impedimenti, quod apponitur ne pertingat ad terminum, manifestum est quod diminui quidem pōt in infinitum: quia in infinitum pnt impedimenta apponi, fm quod homo pōt in infinitum addere peccatū peccato: non tñ pōt totaliter consumi, quia semper manet radix talis inclinationis, sicut patet de diaphano corpore, qd quidē habet inclinationem ad susceptionem lucis ex hoc ipso, quod est diaphanū. diminuitur autē inclinatio uel habitas ex parte nebularū superuenientium, cum tamē semper maneat in radice nature.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod obiectio illa procedit, quando fit diminutio per subtractionē: hic autem fit diminutio per appositionem impedimenti, quod neque tollit, neque diminuit radicem inclinationis, vt dictum est. \*

AD SECVNDVM dicendum, quod inclinatio naturalis est quidem tota vniformis: sed tamen habet respectum & ad principium, & ad terminum, secundum quam diuersitatem quodammodo diminuitur, & quodammodo non diminuitur.

AD TERTIVM ergo dicendum, quod etiam in damnatis manet naturalis inclinatio ad virtutem, alioquin non esset in eis remorsus conscientie: sed quod non reducat in actū, contingit quia deest gratia secū dum diuinam iustitiam: sicut etiam in cæco remanet aptitudo ad videndum in ipsa radice nature, in quantum est animal naturaliter habens visum: sed non reducit in actum, quia deest causa, quæ reducere possit formando organū, quod requiritur ad videndum.

**A**nantur vulnera natura esse ex peccato consequentia, sicut infirmitas, ignorantia, malitia, & concupiscentia. Non enim idem est effectus, & causa eiusdem: sed ista ponuntur causa peccatorū, vt ex supradictis patet. \* ergo nō debent poni inter effectus peccati.

¶ 2 Præt. Malitia nōatur quoddam peccatum. non ergo debet poni inter effectus peccati.

¶ 3 Præt. Concupiscentia est quiddam naturale, cū sit actus virtutis concupiscibilis: sed illud qd est naturale, nō debet poni in vulnera nature. ergo concupiscentia non debet poni in vulnera nature.

¶ 4 Præt. Dicitur est, \* quod idē est peccare ex infirmitate, & ex passione: sed concupiscentia passio quædam est. ergo nō debet contra infirmitatem diuidi.

¶ 5 Præt. Aug. \* in lib. de Natura & gratia, ponit duo pœnalia animæ peccati, scilicet ignorantiam & difficultatem, ex quibus oritur error & cruciatus, quæ quidem quatuor non concordant istis quatuor. ergo videtur qd alterū eorum insufficienter ponatur.

**C** IN CONTRARIVM autem est autoritas Bedæ. †

RESPON. Dicendum, quod p iustitiā originalem pfecte rō continebat inferiores acquires, & ipsa rō a Deo pfectebatur ei subiecta. hæc autē originalis iustitia subtracta est per peccatū primi parentis, sicut iam dictū est: \* & ideo oēs vires anime remanent quodammodo destitutæ proprio ordine, quo naturæ ordinatur ad virtutem: & ipsa destitutio vulneratio dicitur nature. Sunt autē quatuor potentie anime quæ pnt esse subiecta virtutum, ut supra dictū est, scilicet rō, in qua est prudentia: uoluntas, in qua est iustitia: irascibilis, in qua est fortitudo: concupiscibilis, in qua est temperantia. In quantum ergo rō destituitur suo ordine ad uerū, est vulnus ignorantie: in quantum vero uoluntas destituitur ordine ad bonū, est vulnus malitie: in quantum vero irascibilis destituitur suo ordine ad arduū, est vulnus infirmitatis: in quantum uero concupiscentia destituitur ordine ad delectabile moderatum rōne, est vulnus concupiscentie. Sic igitur ista quatuor sunt vulnera inflicta toti humane nature ex peccato primi parentis. Sed quæ inclinatio ad bonū virtutis in vnoquoq; diminuit p peccatū actuale, vt ex dictis patet. \* Et ista sunt quatuor vulnera ex alijs peccatis.

naturali ad virtutē: quia in articulis immediate precedentibus dictum est, qd peccatum nullū nature bonum tollit, sed minuit tantum habitatem per appositionem. hæc. D. art. 3. & q. 78. ar. 5.

Q. 76. & 77. art. 3. & q. 78. ar. 5.

Q. 77. art. 2.

Cap. 67. & med. 107. & h. r. c. 9. a med. 101.

Loco citat. art. 1. huius quest. argu. sed contra.

Q. 81. ar. 2.

Q. 61. art. 2. & q. 57.

Art. & a.

ARTICVLVS III.

*Vtrum conuenienter ponatur vulnera nature ex peccato consequentia, infirmitas, ignorantia, malitia, & concupiscentia.*

**A**D TERTIVM sic procedit. Vt qd inconuenienter po-

Super Questionis 85. Art. tertium.

Nat. 3. eiusdem 85. quest. dubium occurrit circa vulnera humana quod ad duo. Primo, quomodo vulnera ista consistant in destitutione virtutum anime p proprio ordine

AA pr-

præsentem articulum. Et scito quod vulnera ista in destituti-  
 one dicta consistentia, dupliciter possunt considerari. Primò  
 ex parte nostri, ut scilicet ex nostro peccato conflurgunt. & sic  
 quia prior est in peccato conuersio, quam auersio, prius est im-  
 pedimentum pronitatis animæ ad malum, quam destitutio à  
 bono. Secundò, ex  
 parte deserentis gra-  
 tiæ: & sic est contra-  
 rium. Nam prius ad  
 ablationem gratiæ se-  
 quitur destitutio vir-  
 tium à bono virtutis,  
 & sic ipsæ destituti-  
 tate tendunt in prop-  
 ria. Et quoniam in  
 peccato originali pri-  
 mo locum tenere vi-  
 detur priuatio gratiæ,  
 ideo vulnera ista ut  
 insunt ex peccato  
 originali inflicta, sicut  
 sic quòd primo ap-  
 petitum est impedi-  
 mentum peccati ori-  
 ginalis, scilicet priu-  
 ationis iustitiæ ori-  
 ginalis debiti in no-  
 bis: & deinde destituti-  
 tate sunt vires ab or-  
 dine ad bonum; &  
 tertio prout sunt ad  
 malum.

¶ 72-art. 3.  
ad 1.

¶ Ad secundum di-  
 citur, quòd cum na-  
 tura humana secun-  
 dum corpus sit natu-  
 raliter composita  
 ex contrarijs elemē-  
 tis, & secundum ani-  
 mam sit composita  
 ex contrarijs appeti-  
 tibus: quemadmo-  
 dum mors & natura-  
 lis est & cū hoc pœ-  
 na peccati origina-  
 lis, vt 5. & 6. art. pa-  
 tet, ita ordinatio ani-  
 mæ est, & naturalis,  
 & pena peccati ori-  
 ginalis vtroque: nā-  
 que insurgit infir-  
 mitas ex hoc, quòd  
 contraria tendunt in  
 propria, nec plene  
 subdunt harmoniæ  
 debiti, sed ab illa  
 exorbitant: & hoc ex  
 hoc ipso, quòd contra-  
 ria sunt, naturaliter  
 natū est prouenire;  
 & ex hoc quòd sublatū  
 est iustitiæ origina-  
 lis donū, prohibens  
 talem exorbitantiā,  
 prouenit. Cum qui-  
 bus tamē stat, quòd  
 quia harmonia viriū  
 animæ est sē natura-  
 ram, rationalem, dif-  
 fonantia autē cō-  
 tra eandem, merito  
 dici potest, quòd ordo  
 viriū animæ ad vir-  
 tutis bonum, a quo  
 destitutæ sunt, est naturalis. Est igitur humana natura sibi de-  
 relicta, sublata originali iustitia vulnerata, ac per hoc infirma  
 in naturalibus. in his, quæ sunt secundum naturam, in habilita-  
 tibus ad virtutis bonum: & hoc per appositionem: integra au-  
 tem in naturalibus, id est, in natura, & his quæ sunt à natura,  
 i. principijs & potentijs & inordinationibus ex parte subiecti:  
 quia nihil per subtractionem ablatum est. Et hoc modo in na-  
 tura sibi derelicta remanere naturalia sufficit, & saluari inte-

¶ Face citare  
in arg. sed  
contra.

Vir. q. 1. art.  
8. ad 12.

cap. 3. circa  
fin. ep. 6.

ARTICVLVS III.

Virum priuatio modi, speciei, & or-  
 dinis sit effectus peccati.

AD QVARTVM sic procedit.  
 Vt, quòd priuatio modi, spe-  
 ciei, & ordinis non sit effectus  
 peccati. Dicit enim Aug. \* in lib.  
 de natura boni, quòd vbi hæc tria

gra. Est quoque natura humana vulnerata & infirma  
 turam rationalem vt sic. Est autem in naturalibus  
 virtutibus que missionem naturæ rationalis scilicet & bestia-  
 est tertio natura humana vulnerata & infirma per natura-  
 nam gratia iustitiæ originalis. Et scito, quòd hæc vulnera  
 sic, sunt effectus  
 nale secundum art.  
 que naturam  
 te ipse dicitur  
 dam sunt ex  
 tate materia  
 composita est  
 trarijs, vt in  
 contra Genes.  
 pater.  
 ¶ In eodem  
 q. 87. dubium  
 ria, quemodo  
 ria hic peccati  
 stus peccati, et  
 perius dicitur  
 concupiscentia  
 importat hæc  
 ra, est ipsi  
 tum originat  
 enim sunt  
 ¶ Ad hoc est  
 ceter, Primò  
 vulnera non  
 vt sunt peccati  
 nalis sed in  
 ni vt sunt per  
 Constat autem  
 esse ipsa peccati  
 ac. 1. & effe-  
 etiam vt sunt  
 etiam vt sunt  
 ti originalis  
 terialiter, &  
 sequenti in  
 contra  
 originalis  
 art. 4. &  
 scientia se habet  
 q. 87. art. 2.  
 tum dicitur  
 concupiscentia  
 m. 3. l. 2.  
 He q. 87.  
 portet primo  
 tate ad prop-  
 nera autem  
 ctionem à boni-  
 tutis sunt effe-  
 ciat originalis  
 maliter & per  
 liter sumptu. Et  
 uatione natura-  
 tæ originalis  
 picentia  
 est in potest  
 me cum vulnera

magna sunt, magnum bonum  
 est ubi parua, paruum: ubi nul-  
 la, nullum: sed peccatum nō an-  
 nullat bonū naturę, ergo nō pri-  
 uat modū, speciem, & ordinē.  
 ¶ 2. Præter. Nihil ē causa sui ipsius:  
 sed peccatum est priuatio mo-  
 di, speciei, & ordinis, ut Aug. \*  
 dicit in lib. de Natura boni. Ergo  
 priuatio modi, speciei, & or-  
 dinis non est effectus peccati.

¶ 3. Præter. Diuersa peccata diuer-  
 sos habent effectus: sed modus,  
 species, & ordo cum sint quæ-  
 dam diuersa, diuersas priuatio-  
 nes habere videntur. ergo per  
 diuersa peccata priuantur: non  
 ergo est effectus cuiuslibet pec-  
 cati priuatio modi, speciei, &  
 ordinis.

SED CONTRA est, quòd pec-  
 catum est in anima, sicut infir-  
 mitas in corpore, secundum il-  
 lud Psal. 6. Miserere mei Domi-  
 ne, quoniam infirmus sum: sed  
 infirmitas priuat modum, spe-  
 ciem, & ordinem ipsius corpo-  
 ris. ergo peccatum priuat mo-  
 dum, speciem, & ordinem anima.

RESPON. Dicendum, quòd  
 sicut in primo dictum est, mo-  
 dus, species, & ordo cōsequuntur  
 unumquodque bonū creatum  
 in quantum huiusmodi, &  
 etiam unumquodque ens. Om-  
 ne enim esse, & bonum consi-  
 deratur per aliquam formā, sicut  
 quomodo sumitur species. Forma  
 autem vniuscuiusque rei, qua-  
 liscunque sit siue substantialis,  
 siue accidentalis, est secundum  
 aliquam mensuram. vnde &  
 in 8. Metaph. \* dicitur, quòd for-  
 mæ rerum sunt sicut numeri:  
 & ex hoc habet modum quen-  
 dam, qui mensuram respicit: ex  
 forma vero sua unumquodque  
 ordinatur ad alium. Sic igitur se-  
 cundum diuersos gradus bo-  
 norum sunt diuersi gradus mo-  
 di, speciei, & ordinis. Est ergo  
 quoddam bonum pertinet ad  
 ipsam substantiam naturæ, quod  
 habet suum modum, speciem,  
 & ordinem, & illud nec pri-  
 uatur, nec diminuitur per pec-

¶ Super  
87. Art. quæ-  
 I N art. 4. eadē  
 q. 87. articulo  
 primū, quod  
 in littera dicitur  
 inus priuatio  
 essentialiter  
 peccatum, et  
 tendit peccatum  
 sentialiter, vt  
 uario: hoc est  
 perius est  
 tum & cōtra  
 multas  
 nam pertinen-  
 tinentibus ad bonum habilitatis, priuat effectus: peccatum  
 ad bonū ipsius actus, priuat formaliter: ita quòd priuat  
 ter id dicitur est, quòd essentialiter priuatio. Vt, & me  
 quòd peccatum vt est in gñe malis simpliciter, ē essentialiter priuatio  
 modi, speciei & ordinis pertinetium ad bonū

est actus priuatus: sed intendit, quòd cum peccatum  
 multis speciebus, modis, & ordinibus, priuat eis diuersum  
 nam pertinetibus ad bonum gratiæ priuat demerendum  
 tinentibus ad bonum habilitatis, priuat effectus: peccatum  
 ad bonū ipsius actus, priuat formaliter: ita quòd priuat  
 ter id dicitur est, quòd essentialiter priuatio. Vt, & me  
 quòd peccatum vt est in gñe malis simpliciter, ē essentialiter priuatio  
 modi, speciei & ordinis pertinetium ad bonū

Secundo nota, quod non spectat ad auctoris doctrinam respondere rationibus impugnantibus peccatum esse privationem gratiae, aut boni naturae. hae enim conueniunt: sunt non essentialia.

catum. Est etiam quoddam bonum naturalis inclinationis, & hoc etiam habet suum modum, speciem, & ordinem: & hoc diminuitur per peccatum, ut dictum est, sed non totaliter tollitur. Est etiam quoddam bonum virtutis & gratiae, quod etiam habet suum modum, speciem & ordinem: & hoc totaliter tollitur per peccatum mortale. Est etiam quoddam bonum, quod est ipse actus ordinatus, quod etiam habet suum modum, speciem, & ordinem, & huiusmodi est essentialiter ipsum peccatum. Et sic patet qualiter peccatum est privatio modi, & speciei, & ordinis, & priuat uel diminuit modum, speciem, & ordinem.

Unde patet responsio ad duo prima. AD TERTIUM dicendum, quod modus, species & ordo se consequuntur, sicut ex dictis patet. unde simul priuantur & diminuuntur.

ARTICVLVS V.

Utrum mors, & alij corporales defectus, sint effectus peccati.

Nat. 5. & 6. nihil morale occurrit scribendum. Notato tu hinc, quid est natura partialis & universalis: & quae sint conditiones materiae electae & comitantes, ut in multis clarum habes intellectum. Habes quoque hinc vi Philoophis de identibus hdem, & putantibus nos credere mortem non esse naturalem, satis facere possis: sicut & de vulneribus dictum est animae.

AD QUINTUM sic proceditur. AVT quod mors, & alij corporales defectus non sint effectus peccati. Si enim causa fuerit equalis, & effectus erit equalis: sed huiusmodi defectus non sunt aequales in omnibus, sed in quibusdam huiusmodi defectus magis abundat, cum tamen peccatum originale sit in omnibus aequale, sicut dictum est, cuius uidentur huiusmodi defectus maxime esse effectus, ergo mors, & huiusmodi defectus non sunt effectus peccati.

2. Praet. Remota causa, remouetur effectus: sed remoto omni peccato per baptismum, uel poenitentiam, non remouentur huiusmodi defectus. ergo non sunt effectus peccati.

3. Praet. Peccatum actuale habet plus de ratione culpae, quam originale: sed peccatum actuale non transmutat naturam corporis ad aliquem defectum. ergo multo minus peccatum originale. non ergo mors & alij defectus corporales sunt effectus peccati.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Rom. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors.

RESPON. Dicendum, quod aliquid est causa alterius dupliciter, uno modo quidem per se: alio modo per accidens. Per se quidem est causa alterius, quod est uirtutem suae naturae, uel formae producit effectum: unde sequitur, quod effectus sit per se intentus a causa. unde cum mors, & huiusmodi defectus sint praeter intentionem peccantis, manifestum est, quod peccatum non est per se causa istorum defectuum. Per accidens autem aliquid est causa alterius si sit causa remouens prohibens, sicut dicitur in 8. Phys. quod diuellens columnam, per accidens mouet lapidem columnae superpositum: & hoc modo peccatum primi parentis est causa mortis, & omnium huiusmodi defectuum in natura humana, in quantum per peccatum primi parentis sublata est originalis

A iustitia, per quam non solum inferiores animae uires continebantur sub ratione abique omni deordinatione, sed totum corpus continebatur sub anima absque omni defectu, ut in primo habitu est. Et ideo subtracta hac originali iustitia per peccatum primi parentis, sicut vulnerata est humana natura quantum ad animam per deordinationem posteritatum, ut supra dictum est, ita et est corruptibilis effecta per deordinationem ipsius corporis. Subtractio autem originalis iustitiae habet rationem poenae, sicut etiam subtractio gratiae: unde est mors, & omnes defectus corporales consequentes sunt quadam poenae originalis peccati. Et quamuis huiusmodi defectus non sint intenti a peccante, sunt tamen ordinati secundum iustitiam Dei punientis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod equalitas causa per se causat equalem effectum. Augmentata. n. uel diminuta causa per se, augetur uel diminuitur effectus: sed equalitas causa remouentis prohibens non ostendit equalitatem effectuum. Si quis enim aequali impulsu diuellat duas columnas, non sequitur quod lapides superpositi aequaliter moueantur: sed ille uelocius mouebitur, qui grauior erit secundum proprietatem suae naturae, cui relinquatur remoto prohibente. Sic igitur remota originali iustitia, natura corporis humani relicta est sibi: & secundum hoc secundum diuersitatem naturalis complexionis quorundam corpora pluribus defectibus subiacent, quorundam uero paucioribus, quamuis existente originali peccato aequali.

AD SECUNDUM dicendum, quod culpa originalis & actualis remouetur ab eodem, a quo etiam remouentur & huiusmodi defectus, secundum illud Apostoli Rom. 8. uiuificabit mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis: sed utrumque sit secundum ordinem diuinae sapientiae congruo tempore. Oportet enim quod ad immortalitatem & impassibilitatem gloriae, quae in Christo inchoata est, & per Christum nobis acquisita, perueniamus conformati prius passionibus eius. unde oportet quod ad tempus, eius passibilitas in nostris corporibus remaneat ad impassibilitatem gloriae promerendam conformiter Christo.

AD TERTIUM dicendum, quod in peccato a actuali duo possumus considerare, scilicet ipsam substantiam actus, & rationem culpae. Ex parte quidem substantiae actus potest peccatum actuale aliquem defectum corporalem causare, sicut ex superfluo cibo aliqui infirmantur, & moriuntur: sed ex parte culpae priuat gratiam, quae datur homini ad redificandum animae actus, non autem ad cohibendum defectus corporales, sicut originalis iustitia cohibebat. & ideo peccatum actuale non causat huiusmodi defectus, sicut originale.

ARTICVLVS VI.

Utrum mors, & alij defectus sint naturales homini.

AD SEXTUM sic proceditur. Videtur quod mors, & huiusmodi defectus sint homini naturales. Corruptibile enim & incorruptibile differunt genere, ut dicitur in 10. Metaph. sed homo est eiusdem generis cum alijs animalibus, quae sunt naturaliter corruptibilia. ergo homo est naturaliter corruptibilis.

2. Praet. Omne quod est compositum ex contrarijs, est naturaliter corruptibile, quasi habens in se causam corruptionis suae: sed corpus humanum est huiusmodi. ergo est naturaliter corruptibile.

Prima Secundae S. Tho. AA 2 Praet.

Pr. 997.

Ar. praec. q. 83. ar. 1.

D. 987.

2. di. 30. q. 1. ar. 1. cor. II. & ad 1. II. 3. dist. 6. q. 1. arti. 3. ad 3. & Mal. q. 1. ar. 5. & Ro. 5. Ier. 3. & Heb. 9. fin. Lib. 10. reg. 16. to. 3.

¶ 3 Præ. Calidum naturaliter consumit humidū: uita autem hominis conseruatur per calidum & humidum. cum igitur operationes uitæ expleantur p actū caloris naturalis, ut dī in 2. de Anima, \* vī q mors, & hmōi defectus sint homini naturales.

Tex. 5. 0. 3.

SED CONTRA. Quicquid est homini naturale, Deus in hoīe fecit: sed Deus mortem non fecit, ut dī Sap. 1. ergo mors non est homini naturalis.

¶ 4 Præ. Id quod est s̄m naturam, non potest dici p̄na, nec malum: quia unicuique rei est conueniens id quod est ei naturale: sed mors, & huiusmodi defectus sunt p̄na peccati originalis, ut supra dictum est. \* ergo nō sunt homini naturales.

Ar. præced.

¶ 5 Præ. Materia proportionatur formæ, & quælibet res suo fini: finis autem hominis est beatitudo perpetua, ut supra dictum. \* Formam etiam humani corporis est anima rationalis, quæ est incorruptibilis, ut in 1. habitum est. ergo corpus humanum est naturaliter incorruptibile.

In proem. li. & q. ar. 5. p. p. q. 75. ar. vic. 6.

RESPON. Dicendum, q̄ de unaquaque re corruptibili dupliciter loqui possumus, uno modo s̄m naturam uniuersalem: alio modo s̄m naturam particularem. Natura quidem particularis est propria uirtus actiua & conseruatiua uniuscuiusque rei, & s̄m hanc omnis corruptio & defectus est contra naturam, ut dī in 2. de cæl. quia huiusmodi uirtus intendit esse, & conseruationem eius cuius est. Natura uero uniuersalis, est uirtus actiua in aliquo uniuersali principio naturæ, puta, in aliquo cælestium corporum, uel alicuius superioris substantiæ, secundum quod etiam Deus à quibusdam dī natura naturans, quæ quidem uirtus intendit bonum & conseruationem uniuersis, ad quod exigūt alternatio generationis & corruptionis in reb. & secundū hoc corruptiones & defectus rerū sunt naturales, non quidem secundū inclinationē formæ, quæ est principium essendi & perfectionis, sed secundū inclinationē materiæ, quæ proportionaliter attribuitur tali formæ sc̄dm distributionē uniuersalis agentis. Et quamuis oīs forma intendat perpetuum esse quantum potest: nulla tamen forma rei corruptibilis potest assequi perpetuitatem sui præter animam rationalem, eo q̄ ipsa non est subiecta omnino materiæ corporali, sicut aliæ formæ: quinimmo habet propriam operationē immaterialem, ut in primo habitum est. \* vñ ex parte suæ formæ naturalior est homini incorruptio, q̄ alijs reb. corruptibilibus. Sed quia & ipsa habet materiā ex cōtrarijs compositam, ex inclinatione materiæ sequitur corruptibilitas in toto: & sc̄dm hoc homo est natura r̄ corruptibilis secundū naturā materiæ sibi relicta, sed non sc̄dm naturam formæ.

¶ 76. arti. 1. ad 4.

¶ Tres autem primæ rationes procedunt ex parte materiæ: aliæ uero tres ex parte formæ. vnde ad earū solutionem considerandū est, q̄ forma hoīs, quæ est anima rationalis, secundum suam incorruptibilitatem proportionata est suo fini, qui est beatitudo perpetua: sed corpus humanū, quod est incorruptibile, sc̄dm suam naturam consideratum, quodammodo proportionatum est suæ formæ, & quodammodo non. Duplex enim cōditio potest attendi in aliqua materia. una s̄. quam agens eligit, alia quæ non est ab agente electa, sed est sc̄dm cōditionem naturalem materiæ, sicut faber ad faciendū cultellum eligit materiā duram & ductilem, q̄ subtiliari possit, ut sit apta incisioni, & sc̄dm hanc cōditionē ferrum est materia proportionata cultello: sed hoc q̄ ferrum sit frangibile, & rubiginē cōtrahens, consequitur ex naturali dispositione fer-

ri, nec hoc elegit artifex in ferro, sed magis repperit si posset. vnde hæc dispositio materiæ non est proportionata intentioni artificis, nec intentioni artis. Similiter corpus humanū est materia cōdita à natura quantum ad hoc, quod est temperata & flexionis, ut possit esse conuenientissimum corpori tactus, & aliarum uirtutum sensitiuarum motuarum, sed quod sit corruptibile, hoc est cōditio materiæ, nec est electum à natura: potius natura eligeret materiam incorruptibilem, si posset. Sed Deus, cui subiacet omnis natura, in institutione hominis suppleuit defectum naturæ, & dono iustitiæ originalis dedit corpori incorruptibilitatem quandam, ut in primo dictum est, & secundum hoc dicitur, quod Deus mortem non fecit, & quod mors est p̄na peccati. ¶ Vnde patet responsio ad obiecta.

QVAESTIO LXXXVI.

De macula peccati, in duos articulos diuisa.

**D**EINDE considerandū est de macula peccati. Et circa hoc queruntur duo.

¶ Primò, Vtrum macula animæ sit effectus peccati.

¶ Secundò, Vtrum remaneat in anima post actum peccati.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum peccatum causet aliquam maculam in anima.

**I**AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod peccati nō causet aliquam maculam in anima. Natura enim superior non potest inquinari ex cōtactu naturæ inferioris. vnde radius solaris non inquinatur per tactū corporum foetidorum, ut Augustinus dicit in lib. \* contra quinque hereses: sed anima humana est multo superioris naturæ, quàm res cōmutabiles ad quas peccando conuertitur. ergo ex eis maculam nō contrahit peccando.

¶ 2 Præ. Peccatum est principaliter in uolūtate, ut supra dictū est, & uoluntas autem est in ratione, ut dicit in 3. de Anima: \* sed ratio siue intellectus non maculatur ex consideratione quarumcunque rerum, sed magis perficitur. ergo nec uoluntas ex peccato maculatur.

¶ 3 Præ. Si peccatum maculam causat, aut macula illa est aliquid positium, aut est priuatio pura. si sit aliquid positium, nō potest esse nisi dispositio uel habitus. nihil enim aliud uel ex actu causari: dispositio autē & habitus nō est. Cōtingit em̄ remota dispositio-

¶ Super Quæstionem octuagesimam primam.

¶ N articulo m... quæst. octuagesimæ... m̄ lex dubitatur... currit ex Scoti... dist. quarta... nolente, q̄ materia non sit priuatio... relatio rationis... ma obiecta... intellectui & motu... tari, ut ordinat... penam correptionem peccati. In non sit priuatio... batur dupliciter... mō, quia p̄na... cōditionis... per gratiā... tatem non... magis & minus... eula autem... caior post peccatū... dicitur peccatū... sc̄dm magis & minus. Est uero... magis peccatū... ro, & sc̄dm... quam prius. ¶ Secundū, quia... la summi oīa... summus inordinat... amor A, respicit... ergo macula... peccati expellens... per aliud: quod... falsum. Quod... tem macula... tio rationis... tur auhoritate... super illud P̄... ti quorum... sunt iniquitates... vult quod peccatū... uident a Deo... ad penam... Tegi autem... penam non... re, seu nolle... Ex quo patet, q̄... hil aliud est... manere peccatū... ¶ referunt, sicut... nari ad penam... diuina uoluntate... confirmatus, ut... ex eo, quia... dentem principem... post nō remaneat...